



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Puerperium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

**A** pfitacorum, & phoenicopterum, & aliarum pictarum avium plumulis intextuntur, opere tam venuste variato, ut nihil delectabilius possit oculis offerri. Nam quod superius dicebamus, hanc pro fortitudine poni, cinctus ipse apud Romanos frenuum significat, uti discinctus imbellem, & ignavum, ac nihili hominem notat. Tertulliano zona torquentum est. Hilario, efficax in omne opus bonum apparatus, ut ad omne ministerium Christi voluntatis cingulo firmus accincti.

VINCULA JUGALIA. CAP. XLVI.

**I**ugalium vero vincula quae sint, apud Poetas omnes vulgata sunt, Nova sane nupta cingulo praecincta. Nota nupta nubatur ex lana ovilla facta, quod vir prima nocte, in Deae virginalis honorem, sponsae accipit a cingulo bans in lecto solvebat. Unde Homerus, *λυσαυτην περιθελου ζωνου*. E apud Ovidium:

*Castaque fallaci & zona recincta manu.*

Eoque spectat Catullianum illud,  
*Qui zonam solvit diu ligatam,*

Solvete virginalem zonam.

**B** Indicabat vero hieroglyphicum hoc, ut sicut illa in glomos sublata conjuncta inter se est, sic vir suis secum cinctus junctusque esset. Cingulumque hoc Herculeo nodo vinctum, vir omnis gratia solvebat, ut sic & ipse in liberis suscipiendis felix esset, quemadmodum Hercules fuit, qui liberos septuaginta reliquisse fertur.

PUERPERIUM. CAP. XLVII.

**Q**uoniam etiam zonae solutio puerperii fuit hieroglyphicum: olim siquidem *Solvere zonam* dicebantur, quae primo pariebant, eaque de causa levatae partu mulieres, zonam Dianae dicabant. Unde sanum Solvizonae Dianae Athenis fuit, de quo apud Apollonium Argonauticis.

TEMPERANTIA. CAP. XLVIII.

**H**abent & Divinae litterae hieroglyphicum quod per zonam cingulumve significant, praecipue vero temperantiam & moderationem, qua fluxus animorum cupiditates coercerentur, luxuriantia compefcuntur, & modus denique imponitur rebus, ut quinto supra quadagesimum Psalmo legas, Zona in Divina significatione. *Regis filiam in cingulis aureis conficiam*, quod alii in fimbriis transulere. Apostolus tamen praecincti In Apocal. circa lumbos zonis aureis dixit, quod pro cordis munditia nonnulli interpretantur, alii vestem auro contextam simpliciter accepere. Verum Euthymius zonam agnoscit, & pro temperantia atque modestia, quae concupiscibilem animae partem coercet, interpretatur: non hoc diciturus, si vestem simpliciter agnovisset, Quamquam & fimbriarum non respuit ornatum, & virtutum inde multipliciter non averfatur.

DE PERA. CAP. XLIX.

**P**osita zona, visum est *καταπεσεν* & Peram apponere: nam & zona ipsa saepe pera est: ut apud Horatium:

*Ibi est quod vis qui zonam perdidit.*

Horat. in epistola.

**H**aec tam apud Graecos quam apud Hebraeos hieroglyphicum habet id, quod pro cura & sollicitudine vicus accipitur, unde Theologi transferunt ad impedimenta humanae vitae, quae animum alioqui paratum ad disciplinas inturbant. Graeci super hoc dicunt, *Diogenes cui pera penus*, cui scilicet minima harum rerum cura. Evangelium quoque, *Nam peram in via*, cum nec quidem sollicitos, esse de crastino imperaverit Dominus. Eodem facit & facculus, quem habere non licet, hoc est, in hac peregrinatione minime thesaurizandum esse. Quod ibi apertius: *Facite vobis facculos qui non veteres esse solent.*

Hinc vnteg-  
τρω πηγ-  
egv Peg-  
vuv, ultra  
peram sa-  
pere esse  
sollicitum.  
Lucianus  
in Timone.

HIEREMIAE CINGULUM. CAP. L.

**E**jusmodi est & cinguli significatum, quod ex lino factum, eoque cingere se iussus est Hieremias. Quod quidem ut manifestius intelligatur, exigit locus, ut de lino quadam altius repetamus. Lini & bominis comparatio. Lini enim ex terra nascitur, satumque prius in gramen pullulat, mox ut flore lascivierit, vel litur, aqua immerfum maceratur, exficcatum mox trahitur, & quoquo versum perdomatur, inde